



Nab. 7

MICHAEL KRISER  
1655

ΑΝΘΡΩΠΟΑ ΟΓΙΑΣ

SACRÆ

*DISPUTATIO XXX.*

AD

STATUM REPARATIONIS  
PERTINENS,

DE

# ARGUMENTIS

Bellarmini, quibus certitudi-  
nem gratiæ impugnare voluit,

In inclyta VVitteb. Academia,

*Addisputandum proposita.*

SUB PRÆSIDIO

BALTH. MEISNERI, SS. TH. D.

& Profess. Publ.

RESPONDENTE,

CRISPINO Flügge /  
Lubecensi.

*Habebitur ad diem 3. Decembris.*

---

WITTEBERGÆ,

Typis GÖRMANNIANIS, Anno 1618.



запись о бояре

дяде

и купчихе

государевы и члены

избраны

да

запись о бояре

и купчихе

и члены

государевы Абасовы

запись о бояре

и купчихе

запись о бояре

Абасовы

запись о бояре

ΑΝΘΡΩΠΟΛΟΓΙΑΣ  
SACRAE.

DISPUTATIO XXX.

De

ARGUMENTIS BELLARMINI  
CONTRA CERTITUDINEM

gratiae.

Thesis I.

**D**icitur: Ost orthodoxam Ieron de certitudine Iustificationis, quam superiori οὐγένθει probatum dedimus, sequitur αὐτοὶ Ieron de dubitatione & de incertitudine gratiae, quam Bellarminus lib. 3. de Iustificatione, c. 4. s. 6. 7. & 8. astruere conatur. Agit ibi scepticum vel Academicum, probare intendens, neminem certo posse subsumere de sua iustificatione, vel suorum peccatorum remissione, non secus ac Academicci olim Pontificij sumi docuerunt, omnia incerta esse, & versati sunt in perpetua την̄ les sunt Academici ψευδεσ απατη vel subsumptionis fallacia. Generalem enim dicens, Ieron concesserunt, ut, omnem nivem albam esse, sed in subsumptione semper dubitarent, num haec vel illa nix alba sit? In eodem subsumptionis errore hærent Papicola. Statunt enim, in genere credendum esse, peccata propter Christi meritum gratia remitti. Sed nemini de se in individuo subsumendum esse judicant, sed potius omnibus fideliter subsumentibus anathema dicunt.

A 2

Quam

Quam durissimam & desperationis plenam opinionem, "qui Belis  
Iarminius evincere molliatur, ordine videndum restat.

**D**e dicto Prop. 20. v. 9. **I**I. CAPITE IV. scribit, ex testimonio Salomonis probari posse in-

certitudinem propriæ gratiæ atque justitiae, & illorum tria proponit.  
**P**RIMU M est desumptum ex Proverbiorum 20; v. 9. *Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato. Hic notari vult stylum Salomonis, quod non dixerit, neminem esse purum corde, sed, neminem posse dicere aut seire, cor suum esse purum.* Si ergo ignorat homo puritatem cordis sui, qui certus esse poterit de gratia Dei & de remissione peccatorum?

**R**esp. 1. In Hebreo est Mundavi & Purificavi, unde apparet, quod dictum illud sit oppositum hypocritis & Pharisæis, qui ex proprijs viribus volebant justificari, & immunitatem ab omnibus peccatis præsumebant, quales licet non fuerint Judæi omnes, multi tamen opinionem hanc arrogantem foverunt.

2. Non agit Salomon de incertitudine gratiæ, sed de imperfectione nostræ justitiae & inherentis sanctimonie. Aliud enim est remissio peccatorum; & aliud renovatio. Illa perfecta est & completa, quia nititur fundamento perfecto, nempè obedientiâ Christi; Haec autem inchoata est & imperfecta, ob corruptionem naturæ habitualem, & commissionem peccatorum actualiem, pro qua omnes sancti orare necessum habent, Psal. 32. v. 6. Ab imperfectione autem renovationis, ad incertitudinem justificationis nulla est consequentia.

**D**e dicto Eccles. 9. v. 1. **I**II. SECUNDUM legitur Eccles. 9. v. Sunt justi atq; sapien-  
tes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur in certa. Hinc concludit, Gratiam Dei in hac vita incertam esse: Ultimo autem die demum quemvis esse cognitum, an sub gratia sit vel secus.

**R**esp. 1. Si absolute intelligatur hic locus, sequetur nec justos scire posse, se amari, nec impios, se odio dignos esse. Utrumque absurdum. Possunt enim scire justi se esse sub gratia, Rom. 8. v. 13. 1. Ioh. 3. v. 14. & possunt scire injusti; se iratum in cœlis habere Deum, unde fit ut multi desperent. Nec potest dictum illud, ad solos justos restringi, cum Salomon loquatur de homine quovis in gen-

in genere, quam rationem attendens Iesu vita Salomon, negat in  
I. Cor. 12. disput. 14. ex hoc textu probari posse, incertitudinem di-  
vinæ gratiæ.

2. Vitium est in vulgata versione, quæ addidit hæc verba, omnia in futurum servantur incerta, cum tamen in Hebreo textu non inveniantur, sed ita legatur, ut vertit Pagninus: Iusti sunt & sapien-  
tes, & servitia eorum in manu Dei: Etiam amorem, etiam odium non scens  
homo, omnis ante facies eorum.

3. Locus hic intelligi potest, vel de viversis hominibus, vel de eodem, si de diversis, notatur incertitudo justitiae alienæ: Nemo enim infallibiliter scire potest, num alij verè credant vel secus, cùm non sit nægdiōγw̄snc, & signa externa sint fallibilia; pijsq; ac hypocritis communia, quem sensum Lutherus in versione germanica expressit. Ab incertitudine autem alienæ justitiae, Ad incer-  
titudinem propriæ justitiae nulla est consequentia. Si de eodem homine in-  
telligantur verba ista, cum accipi possunt, vel absolute, quod ne-  
mo qualiscunque sit scire valeat, num amore sit dignus vel odio:  
sed hoc contradicit scripturis, exemplis, & hypothesis theo-  
logicis: vel lūmitatē, nempè hominem nescire an sit sub gratia, si  
judicium velit facere ex eventibus externis, de quibus solis ibi  
sermonem facit Salomon, non dissentente Cajetano.

4. Dubium est, num intelligi debeat odium divinum, vel hu-  
manum. Prius assumunt Pontificij, posterius videtur convenien-  
tius, ut sit sensus: Hoc omnino miserum est, quod etiam sapientissimi  
quiq; non cognoscant homines, utrum istos debeant diligere, & in amicitiam  
recipere, an verò odisse, tanquam impios. Ratio additur, quia ex e-  
ventibus externis judicium nequit institui, cùm omnia pariter e-  
veniant. Ad hoc autem & præcedens dictum prolixius respondi  
Decad. 2. disp. 18. Quæst 4 4. thes. 9. & 10

I. Tertium dictum est petitum ex libro Apocrypho, nem-  
pè Ecclesiastico, quem falso Salomoni tribuunt Papicolæ. Capite *De dicto Ec-*  
autem 5. v. 5. sic legitur: *De propitiato Peccato noli esse sine metu, neque clesiastici 5.v.5*  
*adjicias peccatum super peccatum, & ne dicas; Miserario Dei magna est:*  
*multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Hic locus, ait Bellarmi-  
nus, mirifice pungit hereticos hujus temporis. Ipsi enim propriè illi sunt,

qui ubi fide sibi vissunt Christi iustitiam apprehendisse, nullo deinceps meis tanguntur.

Resp. 1. Calumniatur, cùm metum à nobis omnem excludat. Scribit. Servilem tollimus, filialem urgemos, & auditores monemus, ut salutem cum timore & tremore operentur.

2. Nihil in textu allegato habetur de fide dubitante, nihil de incerta remissione peccatorum, sed duntaxat monet Ecclesiasticus, ne quis peccet spe venie, uti contextus manifestè indicat. Vitium enim est in vulgata versione, quia in textu originali non habetur, de propitiatio peccato, sed verba ita sonant: *ποτὶ ἐξιλασμῷ μὴ ἀφεῖται γίγνεσθαι πλεονασμῷ προσθέτης αὐαγλίας εἰς αἴραπτας*: de propitiatione non sis sine metu supra modum: id est, ne persoadeas tibi propitiationem, dum peccas, non spe venie & misericordia delinquas, &c. Hunc sensum statim indicant verba sequentia, quæ sunt priorum *εἰς ηὔητην*; Ita enim pergit Ecclesiasticus: Et ne dicas, misericordia Domini magna est, multitudinis peccatum meorum miserebitur. Quæ vero est consequentia: Nemo peccat spe venie, & nemo in peccatis presumat misericordiam? Ergo fideles & penitentes dubitare debent incerti sunt de gratia Dei, & peccatorum veniam?

Excipit Bellarminus, loqui Ecclesiasticum uon de propitiatione futurâ, sed de præteritâ, quod hujus præcipue respectu timere debeamus. Sed glossa hæc, & scopo Ecclesiastici, & toti contextui adversatur, quod agnovit Iansenius, Episcopus Gandavensis, qui in hunc locum ita differit. Hebraicè legitur, de propitiatione noli esse sine metu, & intelligitur de obtinenda remissione peccati perpetrati, contra præsumptionem; non de propitiatio, perpetrato, ut vulgata habet, cui textus repugnat.

V. CAPITE V. thesin suam vult evincere, per tria sanctorum exempla. Primum est Jobi, unde sic ratiocinatur: Job dubitabat de sua gratia & salute. Ergo nemo certus esse poterit. Antecedens probat ex Jobi nono, ver. undec. & duod. si præterierit me non videbo eum, repente interroget, quis respondebit ei? vers. 20. si justificare me volueris meum condemnabit me. vers. 21. Etiamsi simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea, vers. 28 Verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti. Et capit. 31. v. 14. Quid facerem si Deus consurgeret,

An Tobus dubi-  
caverit de gra-  
zia.

garet, & si visitaret quid tum responderem illi ? Ex his omnibus conclu-  
dit Bellarminus, Jobum dubitasse de sua salute, nec certitudine  
fidei de illâ certum fuisse.

R. N. C. quia dicta ista duntaxat probant operum imperfec-  
tionein, & naturæ nostræ corruptionem, unde sequitur, ne-  
minem propriâ justitiâ coram Deo posse esse justum. Si enim ex  
operibus nostris justificari vellemus, & Deus judicio contende-  
ret nobiscum, nemo salvaretur, quia opera sunt imperfecta. Et  
hoc tantum dictis istis indicare voluit S. Jobus, ( qui alias de sua  
salutute fuit certissimus, ut constat ex c. 19. v. 25.) non secus atque  
David pronunciat Psal. 143. v. 2. *Si intrare volueris in iudicium, non  
justificabitur coram te omnis vivens.* Et tamen alibi dicitur, quod mul-  
ti justificantur, pro quorum conciliatione necessarium est, ut di-  
stinguamus inter justitiam propriam & alienam: Illâ nemo justifi-  
cari potest coram Deo; per Christi autem justitiam omnis, qui  
credit, justificatur; & cum hæc ipsa sit perfecta: firmum inde  
certitudinis fundamentum peti potest. Loqui autem Jobum  
de justitiâ propriâ & ejus imperfectione, indicant 1. ipsa verba,  
2. totus contextus. 3. scopus Jobi & intentio:

V I. Quod vero accinet versi 6. 9. Vitiū est in vulgata versione verba  
sic habent יְהִי אָמֵן וְאַתָּה כָּפֹר. Perfectus ego, non noscam animam  
meam, Luth. ita reddidit. Bin ich frömm / so thar sichs incine See-  
le nicht annemen. Ex priori autem versiculo sensus genuinus  
apparet. Loquitur ibi hypotheticè, si justificavero me, & ita hic  
מִנִּי אָמֵן id est, si justus & perfectus fuero visus, vel si mihi perfectus vide-  
ar, tamen noscam, hoc est, ignoro animam meam, vel nequeo me ipsum ju-  
stificare, quia fortassis occulta sunt delicta. Idem igitur dicit, quod  
Paulus i. Cor. 4. v. 4. Nihil quidem mihi conscient sum, sed in hoc non ju-  
stificatus sum. Proinde Jobus hoc indicare voluit: Etam si perfectus  
videar, ino etiam si mihi ipsi de scelere quædam crasso nil constet, tamen ne-  
scio animam meam, an sit omni labe exempta, ino scio non esse, ideoq; ex es-  
peribus neminem posse justificari.

VII. Secundum exemplum est Davidis, quem ipsum dubitasse Num' David  
putat ex Psal. 19. manifestum esse, ubi David inquit v. 13. *Delicta quis certius fuerit  
intelli. de remissione  
peccatorum.*

intelligit? ab occulis meis munda me domine, & ab alienis parte servo tuo?

Resp. Nulla & huic argumento inest consequentia. Non enim sunt *svavilia*, nos quotidiè ex ignorantia peccare, & de salute certos esse, quandoquidem fundamentum certitudinis, non in nobis, sed extra nos in Christi obedientia unicè positum est. Si nostris operibus justificari debeamus, tum quidem certi esse non possumus, quam diu nos peccare scimus. Jam verò per Christi justitiam salvi reddimur, quæ cùm tegat omnia delicta etiam occulta, idcirco nihil illa nocere, nec certitudinem salutis impedire possunt. Quod enim tecum, quod remissum est, & à quo mundati dicimus, quomodo dubitationem potest gignere? David sane certitudinem suam expressis verbis declaravit alibi, nempe Psal. 32. v. 5. Dixi, confitebor Domino prævaricationes meas, & tu remisisti fave absulisti iniquitatem peccati mei.

Num Paulus  
de seipso du-  
bitaverit?

IX. Tertium Exemplum est Apostoli Pauli, qui i. Cor. 4. 4. ita scribit: γέρε γέ εμαυτῷ σωμάτῳ, αλλ' οὐ τῷ δεδικαϊσμῷ ὃ δὲ ἀναγίνω με κύριος Θεός, Nihil mihi conscient sum, sed non in hoc justificatus sum: qui autem judicat me, Dominus est. Hunc locum dicit Bellarminus oppositum esse temerariis judiciis, & alienis & prorisijs. ideoq; dicere Paulum, Ego neque me ipsum judico, id est, nec meo iudicio fidere audeo, quoniam etiamsi nihil mihi conscient sim, tamen non in hoc justificatus sum, id est, non ideo justus sum, quia bonam conscientiam habeo. Fortasse enim Deus videt in conscientia mea id, quod ego tibi non video.

Resp. i. Sunt nonnulli, qui dictum Apostolicum sic expoununt: Nihil mihi conscient sum, id est, ego quidem scio, me justum & innocentem esse; tamen non in hoc justificatus sum, id est, non propter ea justus sum coram hominibus, qui justitiam meam internam videre nequeunt. Qui autem judicat me, Dominus est, id est, Deus ipse in extremo iudicio me justum esse coram alijs declarabit. Ita igitur isti non intelligunt justificationem coram Deo in foro conscientiae interno, sed justificationem coram hominibus, in foro sanctimoniae exterro. Atqui ita exposuit Catharinius contra Sotum, Verum non videtur interpretatio illa textui

textui per omnia conformis, quociam Apostolas, non limitate  
de justitia sua coram hominibus, sed absolute de ista loquitur.  
Verba insuper, Neque meipsum judico, non satis cohaerent cum se-  
quentibus.

Proinde dicimus 2. locum istum intelligi debere, vel de  
fidelitate in ministerio, vel de studio & exercitio bonorum  
operum in genere. Si de fidelitate (uti certe versus secundus innu-  
it, ubi dicitur, quod hoc requiratur in dispensatore, ut fidelis  
inveniatur) cum sensus hic emergit: Nihil mihi quidem conscient  
sum, ac si negligens fuisset in officio & ministerio meo, attamen non pro-  
pterea sum iustificatus, id est, non possum me absolute justum pro-  
nunciare, non possum gloriari de omnimoda & undiqueque  
perfecta fidelitate, quia ignorarantur etiam & involuntarie pec-  
care potui. Dominus autem judicat me, ille novit, an meo  
officio plenè satisfecerim. Quid autem hoc pro dubitatione  
Papistica facit? Ec quæ est consequentia: Ignoramus an semper  
fuerimus in officio fideles: quare ignoramus etiam nam peccata nobis re-  
missa sint? Sin verba Pauli de exercitio operum in genere intelligantur  
tursus negeunt ex illis incertitudinem justificationis col-  
ligere Pontifitij. Num enim existimabimus, de salute suâ  
dubitasse eum, qui dicit Rom. 5. vers. 1. Iustificati fide pacem habe-  
mus; qui Rom. 8. vers. 38. tantâ πληροεία ait, certus sum? Ab-  
surdissimisane sunt: Jesuitæ, dum Pauli exemplum proponunt,  
qui adeò non dubitabat de salute suâ, ut potius de illâ infallibili-  
ter fuerit certus, ipsis quoque farentibus, & hoc speciali reve-  
lationi ascribentibus, Præterea D. Paulus non loquitur du-  
bitanter, non dicit, nihil quidem mihi sum conscient, sed nescio, an hinc  
sum iustificatus, verum asseveranter loquitur & planè dicit. Non  
sum in hoc iustificatus. Derogat igitur omnem justificationem &  
justificandi vim suis operibus, ut iste sit sensus: Ego quoad cras-  
siora & mortalia delicta nihil mihi sum conscient, sed scio me bonis opibus  
pro virili studuisse, & ea naddivisa exerceuisse; attamen vicissim scio,  
quod per ista opera mea non sum iustificatus, quod in ijs justitiam & salut-  
em habere nequeam, quoniam sunt 1. debita. 2. imperfecta.

B. Ex



Et 3. multis venialibus peccatis permixta. Quæ autem consequentia est, ex operibus nemo justificatur, nee de remissione peccatorum ex ijs potest esse certus: quare omniaq; negant esse certus? Num quia hoc medium non concludit, non dari possunt alia, certitudinem inferentia.

Fallit autem Bellarminus, & fallitur dum scribit, hanc explicationem repugnare scopo & proposito Apostoli, volentis dehortari à iudicio temerario, & ideo dicens, neq; memetipsum judico. Singula enim coherrent optimè. Ego me ipsum non judico, non me justifico, non laudem & gloriam quaero in operibus. Et si enim nihil mihi sim conscient, non tamen propterea coram Deo sum justificatus. Solus enim Deus est, qui me judicat. Quare humana iudicia non sunt magnopere attendenda. Demonstrat igitur vanitatem iudiciorum humanorum. 1. ab impossibili, & exemplo proprio, quia ipse se ipsum ex externis operibus judicare & justificare nequeat: multò minus hoc alij facere poterunt. 2. à proprio Dei quod solius Deus sit judicare, & homines vel absolvere vel condemnare.

Tres classes  
dictorum.

Prima, Præ-  
quiri contri-  
tionem & pæ-  
nitentiam.

IX. CAP. VI. Producit varia loca Prophetarum & Apostolorum, quæ in tres classes dispesci possunt. In prima collocat ista dicta, quæ ostendunt præquiri contritionem, fidem, pœnitentiam & conversionem, si aliquis debeat esse iustus vel justificatus, qualia leguntur Deut. 4. 2. Paralip. 6. Esai. 1. Ezech. 18. Iohann. 13. Luc. 13. Actor. 8. &c. At nemo, inquit, certus esse potest, præsertim certitudine fidei, se toto corde conversum esse ad Dominum, & fidem ac pœnitentiam habere qualis requiritur, cum in nulla Scriptura testimonium ejusmodi inveniatur de fide & pœnitentiâ nostrâ in particulari. Et hinc concludit. Nominem posse certum esse de gratia Dei & peccatorum remissione.

Respon. Minor falsa est. Quamvis enim in Scripturâ non extet, hunc vel illum credere, tamen extat promissio, quod Deus fidem & pœnitentiam operari velit in hominibus obicem non potestibus. Præterea instituta sunt Sacra-  
menta,

Ente, ut ijs fides confirmetur; ordinatum est ministerium, ch-  
jus opera peccata remittuntur, & fides accenditur. Ex audi-  
tu enim fides est. Quare qui audit, nec ponit obijcem, is fidem  
accipit.

Deinde certus esse possum de mea pénitentia, 1. ob  
promissionum certitudinem. 2. Verbi & Sacramentorum ef-  
ficaciam. 3. Ministerij præconium. 4. Precum virtutem. 5.  
Sensum indubitantis Spiritus. 6. Luctam carnis. 7. Studium  
bonorum operum. Ubicunque enim est displicantia vitiorum,  
ibi est Spiritus & renovatio; vel ubi est lucta carnis, ibi  
est homo renatus: ubi hic, ibi certudo esse potest de fide.  
Quare quicunque sentit, sibi displicere peccata, quicunque serio  
optat, ut à carne peccati liberetur, qui vult bonum, licet persi-  
cere non inveniat, ille certò renatus est: si renatus, utique fidem  
habet, & sic certus esse potest de remissione peccatorum. Sic  
patientia in cruce est infallibile signum veræ conversionis & pœ-  
nitentiaz; semper ergo cogitentur hæc certitudinis fundamen-  
ta. 1. Patris promissio. 2. Christi satisfactio. 3. Spiritus  
obsignatio. 4. Verbi annunciatio. 5. Fidei apprehensio. 6.  
Sacramentorum confirmatio. 7. Operum (quò pertinet lu-  
cta, displicantia mali, patientia) attestatio. 8. Crucis probatio.  
9. Precum impretatio.

Hæc omnia in extremo die aperiuntur; Unde Germani  
dicunt. 1. GOTT gibts. 2. Christus erwirbts. 3. Der  
Heilige Geist befreßtigets. 4. Das Wort verkündigets. 5.  
Der Glaub empfehlets. 6. Die Sacramenta versiegelens. 7.  
Die Werke bezeugens. 8. Das Kreuz prüfets. 9. Der Jüng-  
ste Tag eröffnets. In his totus noster Christianismus & certudo  
salutis conludit.

X. In secunda classe ponit ea dicta, quæ de gratia DEI & re-  
missione peccatorum dubitanter loquuntur. Horum quatuor præ-  
cipue commemorat. Primum exçat Danielis 4, v. 24. Forstian igne-  
s et Dominus deictis tuis,

Secunda clas-

sis, de dictis  
dubitante lo-  
quentibus.

Dan. 4, v. 24

B 2

Resp.

Responsio: est vitium vulgaræ versionis, quia in textu originali dubitativa particula non habetur, verba sic sonantur: **הִנֵּה תְהִיכָּה אַרְבָּה לְשָׁלוֹת**. Ecce erit prolongatio pacis tuae. Luther. **Go**  
wird **GOTT** gedulst haben mit deinem Sünden. Unde apparet,  
quod verba Prophetæ minimè sint dubitativa, sed maximè assertiva.  
Possunt autem vel de temporali pace & regno Nebucad-  
nezaris; vel de spirituali remissione peccatorum intelligi. Pagni-  
nius quidem vertit, si forte, sed nullus facile locus monstrabitur,  
ubi particula **הִנֵּה** accipiatur pro dubitationis nota, sed tam plenum  
que adhibetur, cum Prophetæ aliquid certi & eximiij prolatur  
sunt, ut auditores reddant attentos.

**Dedicatio Iocelij** XI. Secundum extat Joélis 2. vers. 14. **Quis scit, an convertatur & igno-**  
**scat Deus, & relinquat post se benedictionem?**

Responsio. Verba sic habent, **מִזְרָע וְשָׂוֹב בְּנָתָם** quis scit si con-  
vertatur & paeniteat eum: Wer weiß es mag jhn widerumb gerewen/  
vnd einen Segen hinter sich lassen: Non autem exinde colligi po-  
test dubitatio Papistica. Sermo enim est non de remissione pec-  
catorum, sed de immissione poenarum temporalium. Minatus  
namque est in præcedentibus Propheta varia supplicia, eversio-  
ne m. sterilitatem &c. post addit consolationem & adhortatio-  
nem ad paenitentiam, addit ratione, quia forte sit futurum, ut Do-  
minus mutet suum decretum de poenis temporalibus, & largiatur benedictio-  
nem. Concedimus autem libenter, nos incertos esse, an Deus  
semper poenas avertat, quia pios etiam justificatos castigat.  
Quæ autem est consequentia: Certo scire non possumus, an Deus po-  
nas temporales sit aversurus: Ergo nec scire possumus: an peccata sit re-  
missurus? Ab immissione poenæ ad dimissionem culpæ argumen-  
tari non conceditur.

**De dicto Iona** XI. Tertium extat Jonæ 3. vers. 9. **Quis scit, si convertatur Deus &**  
**ignoscatur.**

Respon. similiter, quod non loquatur de remissione culpæ,  
sed aversione poenæ temporalis. Et addimus, quod phrasis il-  
la, **Quis scit**, non tam dubitantis sit, quam benè sperantis & o-  
pem dei desiderantis, ut appareat ex dictis, 2. Sam. 12. vers. 22; Ieel. 2.  
vers. 14.

13. Quar-

XIII. Quartum testimonium extat Actor. 8. vers. 22. Pœnitentia. De dicto dicitur.  
tiam age ab hac nequinitas tua, & roga Deum si forte remittatur tibi haec cogit. 8. v. 22.  
ratio cordis tuus.

Resp. Conditionata est locutio Apostoli, praesupponens veritatem & seriam pœnitentiam. Hæc autem ubi locum habet, ibi non dubitativè & forte, sed infallibiliter sequitur remissio, quemadmodum universa scriptura clamat, si egeritis pœnitentiam, vivetis certè. Neque igitur hic esse sensus. Si seriam egeris pœnitentiam cum forte remittetur. Hoc enim toti Scriptura & analogia fidei, & ipsis Papicolarum assertionibus contrariatur, ideoque commoda querenda est Alervoira.

Explicamus proinde verba illa. i. Quod particula ἀριθμός non semper sit nota dubitantis, significans forte, sed sapientius alleverantis, cuius rei exempla leguntur. Exod. 32. vers. 30. Num. 20. vers. 18. Iosue 14. v. 12. Iud. 1. §. vers. 12. 1. Sam. 14. vers. 6. Quorum explicacionem vide parte 2. Phil. 1. obr. sect. 1. cap. 4. Quæst. 11. pag. 680. &c. seq. Potest igitur & debet, in isto etiam textu Act. 8, alleverativum habere sensum, Age pœnitentiam & tum utiq. remittetur. Alias enim, si dubitativè intelligas, sequetus hoc absurdum, quod posita vera pœnitentia, nihilominus incerta sit peccatorum venia, quod universa Scriptura contrarium, quæ testatur Deum non amplius recordari delictorum, si quis ad ipsum sermone convertat, veramque pœnitentiam agat. Quare sensu potius assertivo interpretabimur, ut ei ἀριθμός sit idem quod ἡ πτωχός δηλ. ut sane dimittatur tibi, non ἀποκρατίως sed ἀπεγνώσκως.

ii. Si dubitativum sensum obtinere debeant verba ista, tunc ex abundanti dici poterit, quod Petrus dubitaverit non de Dei indulgentia, sed de Simonis Magi resipiscientia, eò quod infelicitatem crudinis totus erat per. 23. ut exigua veræ emendationis spes fuerit reliqua. Verba igitur ipsa, si forte, non referantur ad conditionem pœnitentiae & precationis, sed ad ipsum futurum actum remissionis, qui absolute spectatus, erat incertus. Nam aliud est Clavis tertia loquicconditionalis, aliud absolute. Hoc modo incerta est proxima de dictu, non ob rem requiri.

XIV. Tertia continet dicta de timore loquentia, quæ aliae extant renibus. Proverb. 2. Cor. 10. Philip. 2. 1. Pet. 1. 2. Pet. 1. &c. &c.

Resp. i. Distinguui debet inter timorem servilem & filialem.  
Hic, (non ille) cum certitudine gratiae & salutis bene consistere  
potest. 2. Dicta ista tantum prohibent carnalem securitatem, non  
collunt fidelem salutis certitudinem.

XV. Cap. VII. producit Bellarminus aliquot Patrum testi-  
monia, sed pleraque sunt impertinentia, nec directe statum quo-  
tionis attingunt.

*De testimonij Patrum,* Nam 1. Quædam damnant carnalem præsumptionem, & proclamant virium confidentiam, sine vera fide & pœnitentia suscepimus.

2. Quædem loquuntur de sanctorum imperfectione, quod in hac vita non sint absque peccatis, praesertim occultis.

3. Quædam agunt de impossibilitate cognitionis limitata, non absoluta, quod nempe ex rebus presentibus (prosperis vel adversis) & statu externo nequeamus concludere gratiam Dei, non autem innuunt, quod absolute illa sit incerta.

4. Quædam distinguunt inter judicium humanum & divinum. Respectu illius sæpè apparet aliquid mundum, quod coram Deo est sordidum, quo pacto refellitur quidem perfectio inharentis justitiae, sed non certitudo gratiae.

5. Quædam concernunt certitudinem perseverantie, de qua nostra non est instituta questio.

6. Quædam denique opposita sunt carnali tantum securitati, cum impij præsumunt certitudinem & divinis promissionibus abutuntur ad peccandi licentiam, quæ securitas oritur ex instanti Satanæ, corruptione naturæ, ignorantia verbi, abuso felicitatis externæ, & opinione propriæ justitiae. Hæc omnis nos ipsi taxamus & improbamus, interim vero certitudinem fidei ob hypocritarum perversitatem, vel labefactandam, vel negandam esse, nunquam docuerunt Patres Orthodoxi.

Rationes Bel-  
larmini.

Prima.

XVI. Cap. IIX. producit quatuor rationes, quas ipse vocat egregias: Prima sic habet: Non potest aliquid certum esse certitudine fiduciæ, nisi aut immediate continetur in verbo Dei, aut ex verbo Dei per evidenter consequentiam deducatur. Fides enim non est, nisi verbi divini auctoritate nitatur. At hunc vel illum in particulari esse justificatum, nec immediatæ

immediatè continetur in verbo Dei, nec ex illo per bonam consequentiam deducit  
potest. Quare hoc nequit esse certum certitudine fidei.

Respon. 1. Majorem admittimus, & debebant Romanenses illius memores esse, in loco de traditionibus, quas pari pietatis affectu cum scripto Dei verbo suscipiendas esse statuunt Patres Tridentini; ex Scripturis autem nec immediatè nec per consequentiam probari queunt. 2. Minor falsa est, quoniam illa certitudo ex Dei verbo & promissionibus optimè potest deduci. Ubi enim habetur genus, ibi & illud habetur, quod sub genere continetur, vel generi est inclusum. Jam verò genus habetur in Scripturis, nempè universalis promissio: Qui crediderit, salvis erit, Marci 16. v. 16. sub hac universalis facilis est subsumptio, siquidem à genere ad speciem, à specie ad individuum firma semper & induxitata est collectio.

XVII. Excipiunt verò Pontificij se libenter concedere, credenti & paenitenti peccata remitti, sed incertum esse, num quis verè credat & seriam paenitentiam agat. Ad hoc ορθοφύλακες respondi decad. 2. disput. 18. quest. 4. thes. 26. & seqq. ubi luculenter ostendi, quòd aliquis de fide & paenitentia suā possit certus esse, iùm à priori vel ratione causarum, iùm à posteriori vel ratione notarum.

A priori sic colligendo: Positā causā in actu: certò sequitur. Potest alter effectus. At fidei tuæ causa jam in actu est posita, videlicet quis à priori gratia Dei, meritum Christi, verbum & Sacraenta, quæ sunt & posteriorē fidei media certissima. Audis autem verbum & uteris Sacra mentis. Quare effectus certissimè aderit, nec ullam amplius de fide tuâ dubitandi rationem habes. Promineris confirmatione notandum, quòd ex parte nostri nihil aliud requiratur, quām ne impediamus, neve obicem ponamus operanti Spiritui sancto. Quicunque igitur se habet passivè, nec resistit consumaciter, ille de efficaci Spiritus & verbi operatione dubitare nec potest, nec debet; id q[uod] illustrari potest exemplo illuminationis solaris, & sanationis spiritualis. Semper ergo quæras dubitantem; Num velū resistere? Si affirmet, consumax est. Si neget causa in actu posita est, nec impeditur: Quare effectus infallibiliter sequitur.

Apos



A posteriore clarescit illa certitudo, si attendantur notæ vel  
esse & nos vere fidei & pœnitentiae, qualia sunt. 1. Gratia divina  
desiderium. 2. Renovatio & lucta interior. 3. Spiritus mo-  
vientis testificatio. 4. Et studiosa legis observantio, vel bono-  
rum operum exercitium. Inde vero tale formari potest argu-  
mentum: Vbiq[ue] consequens reperitur, ibi antecedens abesse  
nequit: Jam sublumas ipse: (*In me deprehendo esse & nos, veram*  
*fidem consequentes.* Et mox sequitur firma conclusio, fidem  
veram & pœnitentiam nequaquam abesse.

X I X. Sed duo Bellarminus obvertit, cum talis subsumptio non  
tantum falsa, sed etiam impossibilis sit, nisi ad sit specialis revelatio.

1. Allegat dictum Jerem. 17. v. 9. Pravum est cor hominis & in-  
scrutabile: quis cognoscet illud? Resp. Non video, quale hinc argu-  
mentum pro opinione Papistica formari possit. Loquitur Pro-  
pheta de cordis humani corruptione naturali, quod sit pravum  
WE NY & supplantativum, vel anxiū: Hinc autem non sequi-  
tur, quod nulla detur certitudo gratiae. Nam reatus pravitatis  
naturalis remittitur per Christum, & haec remissio in cordibus  
fidelium gratosè obsignatur, uade oritur πληροφορία & certi-  
tudo. Deinde licet alij cor proxime cognoscere aut perscrutari ne-  
queant, quivis ramen ipsum probare, & num in statu ita vel  
gratiae sit cognoscere potest.

2. Videmus, inquit, reipsa multos falli, qui se putant habere, quod non  
habent, quod probat exemplo Petri volentis cum Christo mori, & Pa-  
uli persequentis Ecclesiam, & martyrum inter haereticos. Resp. 1.  
Aliud est fiducia nitens promissionibus, aliud est temeraria viri-  
um presumptio sine promissione. Illa Petro defuit, haec adfuit,  
ideoque ipsum lapsum esse mirari non debemus. 2. Paulus erat in-  
si ielis, & errabat in doctrina, atque sic opinione sua est deceptus;  
Nos autem loquimur de fidelibus, & veræ fidei addictis, qui vere  
bunū sincerè prædicatum audiunt, & cum desiderio recipiunt, at-  
que sic de gratia certi sunt. Idem respondemus ad exempla marty-  
rum in falsa doctrina, quippe qui non sunt veri martyres, cum  
causa non pena faciat martyrem, & nos de fidelibus, non autem  
haereticis disputemus.

29. Sez.

XIX. Secunda ratio hæc est, quod nemo teneatur certò credere Secundam certitudinem fidei, sibi remissa esse peccata. Nam ejusmodi articulus in nullo symbolo fidei continetur. Et ejusmodi præceptum in nullo canone, Ecclesiastico reperitur.

Respondeo, satis est quod habeatur genus & propositio universalis: *Credo remissionem peccatorum.* Sub hoc genere quivis de se in individuo potest & debet subsumere. Neque articulus ille tantum hoc significat; *In Ecclesia dari Baptismum in remissionem peccatorum.* Hoc enim & Dæmones credunt, nec tamen ob id fide justificante imbuti sunt. Ideoque non sufficit assensus ille historicus, sed adhibenda insuper est fiducia specialis, quâ remissio peccatorum certò applicetur. Quod qui non facit, infidelis est & impius, non verò hæreticus. Qui enim non credit, quod credere debet, is demum hæreticus est. Impij verò, quâ tales, non tenentur credere veniam, sed tum demum, quando agunt pœnitentiam. Ergo quamdiu manent in peccatis, infideles dicendi sunt & impenitentes, non autem hæretici.

XX. Tertia ratio: *Non expedit ut homines habeant ordinariè certitudinem de propriâ gratiâ, quia illa gignit superbiam, ignoratio autem hujus Non expedit, conservat & auget humilitatem.* Tertiaria ratio.

Resp. 1. Nullum dogma Biblicum gignit superbiam; At verò am certitudinem de certitudine gratiæ est Biblicum, vel è Scripturis deducendum. Quare superbiam non gignit.

2. Certitudo remissionis & humilitas mentis non sunt contraria sed subordinata. Sic enim certi sumus de salute, ut nihilominus illam operari debeamus cum timore & tremore.

3. David, ut & alij sancti fuere certissimi, nec tamen ob id superbi, sed humiles semper, & Deo intimâ subjectione adhaerentes,

4. Quocunque dogma parit desperationem, & perpetuam animi anxietatem, illud potius improbandum est. Ita verò se habere dogma Papististicum de incertitudine gratiæ, suprà evicimus.

5. Distinguendum est inter justitiam Legalem & Evangelicam; Illa, cum proprijs meritis nitatur, extollit: *Hæc cùm extra nos in Christo fundetur, humiles & demissos facit ratione nostri, licet confidentes certosq; efficiat ratione Dei, non imputantis peccata.*

C

6. Aliud

6. Aliud est usus, aliud abusus rei. Certa gratiae fiducia uten-  
dum est ad humilitatem, non abutendum ad elationem. Alter si  
eveniat, sic illud non per se, ac si certitudo pareret superbiam, sed  
per accidens, & hominum malitiam & abusum.

7. Si certitudo parit arrogantiam, cur Deus aliquibus Justifi-  
cationem propriam revelavit?

Verum extipit Iesuvita, id factum, quia Deus præviderit illos  
in caritate & humilitate ita radicatos esse, ut non sit ullum ab e-  
latione periculum.

Resp. 1. nam dicitur præsupponit τι πάντος. Quare si cer-  
titudo parit superbiam per se, tum semper pariet, nec ulla excep-  
tio locum habebit, peritor ergo principium, dum ad Dei prævi-  
sionem confugitur.

2. Qui majoribus donis sunt ornati, hi priores sunt ad su-  
perbiā, quam alij, 2. Cor. 12. v. 7. Ergo in illis certitudo gratiae ma-  
gis elationem gigneret.

*Quarta ratio.* XXI. Quarta & postrema ratio: Reipsa fidelibus ejusmodi certi-  
tudo non adest, quod probat. 1. Quia nonnullis singulari beneficio revelata  
nem non est Dei gratia, ut Antonio, Galla & Francisco. Quare notitia hæc non est  
adesse posse, fidelibus communis.

2. Quia qui resp. 1. Quos Iesuvita sanctos, & quas revelationes commi-  
busdam specia morat, de ijs adhuc plurimum dubitari potest.

liser revelata. 2. Nulla inest argumento consequentia. Nam & Christus  
Paulo singulariter revelavit fidem. Ergone ob id notitia fidei  
non est communis?

3. Quare commititur elenchus cause: speciales enim re-  
velationes, quarum Scriptura meminit, non innuunt: quod certi-  
tudo gratiae alijs haut competat, sed potius factæ sunt, tum ob i-  
psos sanctos, quibus hoc revelatum, ut in temptationibus Satanæ  
resisterent auctiūs; tum ob alios, ut illorum exemplo in fide eri-  
gerentur, quod de Petro expressè dicitur, Luc. 22. v. 32. & de Paulo  
1. Tim. 1. v. 16. & de Abrahamo Rom. 4. v. 16.

XXII. II. Non minus constat, alios quosdam, altoqui perfectissimos,  
in obitu suo propter hoc incertum non mediocriter trepidasse.

2. Quia etiam resp. Dubitatio sanctorum nota est infirmitatis, non fit  
perfectissimi mamentum incertitudinis. Ostendit quid sèpiùs fiat de factis  
dubitare, non quid fieri debeat de jure. Fatalem multos trepidare, ob car-  
nit.

nis imbecillitatem: deberent autem credere & firmiter confide-  
re, ob Dei bonitatem. Multi ambigunt etiam in agone de vera  
religione, licet diutissimè vixerint in vera Ecclesia; Num autem  
hinc inferri debet, quod nemo possit certus esse, quæ religio vera  
sit, quæ falsa? Distinguendum est inter questionem juris & facti,  
De illâ, non hâc, praesenti loco controvertitur.

XXIII. III. Idem apertissimè probat experientia hujus temporis here- 3. Quia multi  
storum, Nam cùm omnes omnino hanc certitudinem jactent, tamen ipsorum qui presumunt  
sententia falluntur plurimi, nostrâ autem omnes ceritudinem

Resp. Aliud est temeraria præsumptio, aliud fiducialis certi- falluntur.  
eudo. Præsumptio reperitur in hereticis; fiducialis certitudo in  
folis orthodoxis. Est igitur exemplum illud impertinens. & à qua-  
stione alienum. Nec sequitur quod fiducia vera detur in omnibus  
ijs, qui credunt se justos esse propter Christi merita imputata:  
Nam vera πληροεια, non tantum præsupponit assensum in  
hoc articulo, sed etiam in alijs. Qui igitur errant in fonda-  
mento, illi fiduciam quidem præsumere possunt, sed verè nun-  
quam obtinent.

XXIV. Et ita percurrimus hactenus omnia illa Argumenta,  
quæ Bellarmius pro afferendo ineertitudinis profano dogmate  
adduxit, quibus sufficienter solutis, finem tum huic disputationi,  
tum toti collegio Antropologico imponimus, gratias agentes.  
Altissimo pro clementi S. sancti adjutorio, & eundem Venerati suppli-  
ces, ut sacrosancta doctrina depositum conservet, in illa nos confirmet, &  
contra quasvis adversariorum molitiones potenter adfruat, quod nomen ejus in-  
ter nos sanctificetur, regnum adveniat, & voluntas fiat, ut in cœlis ab Eccle-  
sia triumphante, sic & nobis in Ecclesia militante, adeoq; semper certi simus &  
maneamus de viâ scripturæ, per quam eundum; de viâ fidei, in qua  
pergendum, de viâ salutis, ad quam unicè tendendum, & perpetuò sa-  
pirandum. Ipsi soli benedictio & sapienti Deo, sit honor, & virtus, &  
gloria, & benedictio, nullis seculis terminanda,

A M E N.

F I N I S.



卷之三





fg 2909

(113)

ULB Halle

002 387 158

3



3½

Sb. 206

VO 17

BfC





## Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



ΟΓΙΑΣ  
Æ  
VO XXX.  
ARATIONIS  
NS,  
ENTIS  
ous certitudi-  
nare voluit,  
eb. Academia,  
proposita.  
SIDIO  
ERI, SS. Th. D.  
abl.  
ENTE,  
O Flügge /  
nfi.  
3. Decembri.  
RGÆ,  
ANIS, Anno 1618.